N, V = N + E. Vel sic, quia A + V = M + N; erit V = M + N − A, & V − N = M − A: Ergo, per def. A, M; N, V. Sed & eodem argumento M, A; V, N. vel V, N; M, A. Item, cum sit V = M + N − A (ut dictum est) erit etiam V − M = N − A; Ideoq; V, M; N, A, & M, V; A, N, vel A, N; M, V. Atque hinc sequitur, non tantum

39 Si quatuor termini sint Arithmetice proportionales, sunt & inverse proportionales; (Intellige, si A, M; N, V. vel N, V; A, M, tum M, A; V, N, vel V, N; M, A.) quod ex ipsa definitione sequitur. Nam si in alteris sit æqualis excessus, in alteris erit æqualis defectus; adeoque utrobique progressio Arithmetica. Sed &

40 Si quatuor termini sint Arithmetice proportionales, sunt & alterne (permutatim, vicissim,) proportionales. Hoc est, si A, M; N, V, ideoque A + V = M + N; erit A, N; M, V, ut ostensum est prop. 38. Item N, A; V, M, ut ibidem, & prop. 39.

41 Item si Arithmetice proportionalium vel primus & tertius, vel secundus & quartus, æqualiter vel augeantur, vel minuantur; manent adhuc arithmetice proportionales. Puta, si A, M; N, V, hoc est A, A + E; N, N + E; erit etiam A, M + B; N, V + B, hoc est A, A + E + B; N, N + E + B; Nempe illic communis excessus est E, hic E + B. Item A + B, M = A + E; N + B, V = N + E, ubi communis excessus est E − B. Et, pari de causa, A ± B, M ± C; N ± B, V ± C; Et pariter in similibus. Quippe qui prius erat communis excessus, utrobiq; vel pariter augetur, vel pariter minuitur, adeoque etiamnum utrobique æqualis; & propterea termini Arithmetice proportionales.

42 Item, si Arithmetice proportionales sint tum A, M; N, V. tum $\alpha, \mu; \nu, \upsilon$; tum $a, m; n, u$, (tum, si placet, quaterni plures:) erunt item tum aggregata, tum differentiæ, terminorum respective sumptorum, termini proportionales. Puta A + α ± a, M + μ ± m; N + ν ± n, V + υ ± u. Nam si in primis excessus sit ubique E, in secundis ε, in tertiis e; erit in quartis E + ε ± e. Ut additione patebit.